



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

In Cap. Cùm non ab homine. 10.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

bentur, qui hanc controversiam dirimunt, non
verò ipse dominus, ne in propria causa judicet,
d.c.un. & præterea si inter duos, versi si verò inter dom.
De probis feudi alien per Fred. Et d.c.un. De contr. feudi
apud pares termin. Aut si Pares non sint, recur-
rit ad judicem ordinarium, c.1. Si de iure est. feudi
contra fuerit 1, F. 4. Et d.c.un. circa mod. De contr. feudi
apud par. term. Quemadmodum & in cæteris cau-
sis judex ordinarius adiutur inter vasallum & ex-

traneum, ubi scilicet de finibus feudi, sive de ser-
vitutibus, aliisque similibus controversia est, c.
un. De contr. inter vas. l. Et alium de benef. 2, F. 4, c.
un. & sic vasallus versi vasallus si de feudo def. cont sit,
& c.un. & se autom inter De lege Conradi 2. F. 34. Re-
liqua vide apud Franc. Sonsbekium in Commen-
tario suo ad Vetus Feud. parte 14. num. 30 & seqq. No-
bis brevitiati consulendum est.

In Cap. Clerici 8.

SUMMARIUM.

1. Clericus criminaliter conveniri non potest nisi coram
suo judge
2. Idque ratione delicti vel Ecclesiastici vel civilis.
3. Nec valeat consuetudo in contrarium.

Hujus Cap sententia hæc est, Quod Clerici
ratione criminis conveniri non possit
nisi coram judge Ecclesiastico, non ob-
stante consuetudine contraria. Idque probat vel
ex Justinianæ Constitutione novella 83, Vt Clerici
apud proprios Episcopos &c. circa fin. ubi disertè in-
quit Justin. Imp. quod leges non designantur
sacras & divinas regulas sequi; intelligendo sa-
cros Canones, qui existant in can. 1, & 2, cum plu-
rib. seqq. XI q. 1. Ad quos, & alios similes, vult tex-
tas noster Justinianum respexisse. Igitur &
auctoritate Justiniani Clerici subjecti sunt Episco-
po suo quoad cogitationem & coercitionem cri-
minum, non verò judicii sacerulari.

Et licet d. Nov. 83. id restringat ad crimina Ec-
clesiastica, ut sunt hæresis, simonia, concubina-
tus, usura; alia verò crimina civilia, ut sunt ho-
mocidium, adulterium, & similia, relinquat cog-
nitione & vindictæ Præsidis provinciæ: nihilominus
generali illâ ratione vius Pont. ad quodlibet
delictum cuiuslibet generis à Clerico com-
missum, id ipsum extendit; propterea quod anti-
qui Canones generaliter loquuntur de crimini-
bus, Ecclesiastica sunt vel civilia.

Atque hæc ex rescripto textus nostri adeò ob-
tinent, ut non valeat contraria consuetudo, sicut
& his notant Gl. Panorm. Imola & Decius, ex eo,
quod consuetudo illa contraria exercibilis sit,
pugnans scilicet cum libertate Ecclesiastica, quâ
Clerici exempti sunt à jurisdictione sacerulari,
Auth. Cassa & irrita De sacro Eccles. junctio c. fin sup.
De confus. Coniunge quæ seq. Cap. dicam.

In Cap. Cùm non ab homine. 10.

SUMMARIUM.

1. Contra Clericum in crimen deprehensum vel convi-
ctum quomodo procedendum.
2. Iudicii sacerulari, aëoque Regi, non est permisum ju-
dicium in Clericos.
3. Idque de omnibus Clericis intelligendum.
4. An & de Clericis conjugatis?
5. Clericus ob qua delecta deponendus.
6. An & ob perjurium?
7. Depositio sive degradatio duplex, verbalis & actua-
lis.
8. Clericus incorrigibili excommunicandus; & qua hic
excommunicatio intelligatur.
9. Quomodo intelligendum, ultra anathema Eccle-
siam non habere, quid faciat, & quo puniat.
10. Sententia Auditors.

11. Quomodo accipiendum, Clericum in quocum-
quo ordine constitutum deponendum esse.
12. Quis sensus verborum, deprehensus legitimè.
13. Clericus an per laicum capi possit
14. Deprehensus in crimen dicitur & qui convictus est.
15. Item qui confessus.

Hoc Cap. (quod sanè celebre est & diffici-
le) reficit Cœlestinus III. Pont. ad quæ-
stionem sibi propositam, an licet Regi
vel alieui sacerulari personæ judicare Clericos,
cujuscumque ordinis, sive in furto, sive in homi-
cidio, vel perjurio, seu alio quolibet crimen de-
prehensos legitimè atque convictos; tales scili-
cet ab Ecclesiastico judge deponendos esse, &c. si
facta depositione incorrigibiles perseverent, hoc
est ad

est ad saniores mentem non redeant, excommunicandos: deinde contumaciam crescentem, anathematis mucrone feriendos; ac postremo, si in profundum malorum incidentes (cum Ecclesia ultram non habeat, quod possit in eos statuere) comprimentdos esse per secularis potestarem, id est judicem secularis, ut vel ex illo personâ, vel alia legitima coerecantur. Itaque hoc textu ordo procedendi contra Clericum malefactorem prescribitur. Sed singula perlustremus breviter.

Eritis primis licet summus Pont. non videatur proposita, questioni recte respondisse, propterea quod cum ab eo qualiterum esset, utrum Rex, vel alius secularis iudex, possit Clericos delinquentes judicare, hoc tantummodo responderit, quod Clericus in criminis deprehensio & legitimè convictus deponendum sit ab Ecclesiastico iudice; quia verba executionem criminis magis significant, quam judicium: nihilominus dum ait, in criminis deprehensio & legitimè convictum, necessario id exaudiendum est coram iudice Ecclesiastico, ut quod hic desiderari videtur, suppletur ex eis. At si Clerici 4. &c. Clerici 8. sup. p. t.

Quare ex hoc textu nostro notandum est, iudicis seculari, atque aedie Regi, permisum non esse iudicium in Clericos, immo nec Imperatori, ut est textus in can. Denique & in can. Quis dubitet. Dis. 96. & in c. Ecclesiam 5. Maria 10. sup. De constitut. quo loco idem tradunt Panormi num. 3. Felin. nu. 40 circa fin. & Decius num. 88. cum seqq. Et ratio est favor & observantia in Clericos, eo quod divinis ministeriis exequendis soli maicipati sint. Hinc illud Nicolai Pont. ad Michaëlem Imp. Denique inquit, hi, quibus tantum humanis rebus non divinus presesse permisum est, quoniam de his, per quos divina ministrantur, judicare presumant, penitus ignoramus. Existat in d. can. Simile est in d. can. Quis dubitet. Unde quoque sit, quod Justinianus in Novell. 83, VI. Clerici apud proprios Episcopos & in Nov. 122, De sanctiss. Episc. vocet Episcopos sanctissimos & Deo amabiles, Clericos vero & Monachos reverendissimos. Ubi & hanc illis prærogativam concedit, quod nisi coram Episcopo conveniri possint, præterquam in criminalibus civilibus, ut superiori Cap. docuimus; cui ramen per posteriorerem Frederici Imp. Constitutionem derogatum est, in Auth. Statuimus C. De Episc. & Cler. Quare utroque jure constitutum est, ut clericis coram iudicibus secularibus conveniri non possint, tam in criminalibus quam in civilibus cau-

sis, d. Auth. Statuimus &c. Si diligenter 12. De foro compet. cùm similib.

Cæterum an de omnibus omnino Clericis hic 3 textus exaudiendus sit, controvertunt hic Dd. Sed verius est, indistincte accipendum esse de omniis in Ecclesiastico ordine constitutis, etiam primâ tonsurâ initiatis; nam & hæc ordo dicuntur in c. Cum contingat 12. sup. De estate & qualitate ordinis. Hac tamen adhibitâ moderatione Conc. Trid. Sess. 23, c. 6, in decreto reform. ubi hoc privilegium in Clericis primâ tonsurâ & minorum ordinum ita restringitur, quod hi non aliter privilegio fori Ecclesiastici gaudent, quam si beneficium Ecclesiasticum habeant, aut clericalem habitum & tonsuram deferentes, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inserviant, vel in Seminario Clericorum aut aliqua schola vel Universitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suspiciendos, versentur.

Sed quid de Clericis coniugatis, hoc est qui 4 primâ tonsurâ insigniti, aut constituti in maioribus ordinibus, uxorem duxerunt; quod ipsi licet per sacros Canones, c. 1. &c. c. 3, inf. De Cler. conjug. Et certum est, decisionem h. c. nostri etiam adeos pertinere, dummodo cum unica & virgine contraxerint, & deferant tonsuram ac vestes clericales, c. unico De Cler. conjug. in 6. Hoc quoque adjecto temperamento ex d. cap. 6. Conc. Trid. ut alicuius Ecclesiæ servitio vel ministerio ab Episcopo deputati, eidem Ecclesiæ serviant aut ministrent.

Secundum advertendum hic est, Clericum ob furtum, homicidium, perjurium, vel simile delictum, deponit ab Ecclesiastico ordine, uno vel pluribus. Ratio est infamia, quia propter delictum notantur Clerici, can. Infames VI. q. 1, adeoque eos indignos reddit ad retinendum honorem, l. Infamia 8. C. De decurionib. lib. 10. Sed quod ad furtum attinet, non nomine furtum hoc textu intelligendum est, sed grave furtum: quod ex eoliquet, quia coniungitur hic furtum cum homicidio, quod crimen grave est, si dolo admissum fuerit. Nam quod defendenda vita suæ causâ perpetratum est, nullam penam mereatur, c. Significasti 18. inf. De homic. c. un. eod. in Clem. I. VI. vim D. De iust. & jure. Similiter nec illud, quod casu fortuito est admissum, etiam si culpa praecesserit: quia licet hic homicidia irregularitate notetur, c. Contineatur 8. c. Suscepimus 10. cum aliquot seqq. inf. De homic. non tamen ideo Clericus deponitur, cum hoc de-

K lectum

lictum minus grave sit, ac proinde & à jure civili mitius coērceatur, l.1,§.sed eti&l.4, D. ad l. *Corn. de scicar.* Quare hic textus accipiendus est de iis criminibus, quæ dolo admissa sunt, iisque gravibus, ex sententia Alciati h[ab]it. Quod estimare debet iudex ex causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, eventu, ut sit in omnibus criminibus, l. Aut factu 16, l. *Refficiendum 11, D. De p[ro]p[ri]etatis.* Sicut 6, inf. *De homic.*

6. Quoad perjurium, huic obstat videtur textus in l.2, C. *De reb. cred. & jurejur.* ubi in perjurium nulla p[ena] statuitur, sed relinquunt ultiōni diuinæ. Cur non itidem hoc jure Canonico? Ratio est integritas & innocentia Clerici, quæ perjurio violator. Nam & perjuri infamiam hoc jure contrahunt, d.c. *Infames,* & removentur a suis Ecclesiis, c. *Quarelam 10, inf. De jurejur.*

7. Porro hic queritur, de qua depositione loquatur textus noster. Est enim duplex depositio h[ab]e degradatio, verbalis & actualis. Verbalis fit per solam sententiam judicis Ecclesiastici. Actualis, quæ & realis dicitur, fit solemniter, instar excommunicationis militaris, cum scilicet Clerico vestis & insignia ordinis sui retrogrado ordine detrahatur per judicem Ecclesiasticum, c.2, *De p[en]a lib. 6, juncto Conc. Trid. Sess. 135c. 4, De reform.* Et certum est, textum nostrum exaudiens debere de depositione vel degradatione verbali, cum teus, licet depositus, adhuc maneat sub jurisdictione Ecclesiastica. Quod constat ex eo, quod Clericus post excommunicationem & anathema prius relinquatur coērendus judici sacerulari: in actuali vero degradatione, statim eā factā tradatur siue permittatur judici sacerulari, ut eum in forum suum recipiat & puniat, c. *Novimus 27, inf. De verb. signif.*

8. Quæ autem excommunicatio h[ab]e intelligatur, majora minor, disputant Interpp. Sunt qui minorem intelligent, eo quod post excommunicationem, majoris p[ena] gratiā, Clericus jubatur anathemate feriri: at anathema idem est quod excommunicatio major, c. ult. inf. *De sent. excom.* Itaq; neccesse est excommunicationē de minori intelligi, ut ita p[er]onarum gradus observetur. Verum his obstat apertus textus in e pen. inf. *De sent. excom.* quo excommunicatio in dubio de majori accipitur. Neque moveat, quod excommunicatio major & anathema idem significant: nam id verum est quoad ipsam p[ena]m, at quoad solemnitatem diversum est anathema ab excommunicatione; quia excommunicatio simpliciter fit so-

lā judicis sententiā, sed anathema præterea hanc solemnitatem desiderat, ut per Episcopum fiat, adfidentibus sibi duodecim Sacerdotibus, cum lucernis ardentibus in manibus, quas in execrationem excommunicati in terram projiciunt, & pedibus conculcent; & est textus in can. *Debet xiiii. q.3.* Etenim Anathema Græca vox est denotans extremam derestationem, D. Hieron. interpretate, cap. 1, ad Galatas.

Præterea quod dicitur textus, post anathema nihil superesse Ecclesiae, quo animadvertisit in Clericum contumacem, magnam difficultatem movere apud Interpp propterea quod constet adhuc varias p[ena]s superesse apud SS. Canones, videlicet destructionem in Monasterium, c. *Tua 6, De p[en]a:* item in carcerem perpetuum, c. *Novimus in fine inf. De verb. signif. c. Vi fama 35, inf. De sent. excom.* item fustigationem & relegationem, c. 1, inf. *De calumniis c. In Archiepiscopatu;* 3, inf. *De raptori tum alibi.* Quam difficultatem conantur variis modis tollere, ut videat est hic apud Pandor. & Decim, sed ab Alciato merito improbantur, qui tamen nihil meliorem adserit responsionem. Vult enim ipse, quod omnis detrusio in carcerem vel Monasterium, alia que p[ena] juris Canonici, quæ irrogantur Clericis, non imponantur principaliter in vindictam delictorum, sed ad agendum p[ro]sitionem, d.c. *Tua & d. c. Novimus.* Unde cum, servata hujus Cap. formâ, sit praesumptio, quod numquam Clericum p[ro]nitibet delicti a se admissi; merito, inquit Alciatus, Ecclesia non haber ulterius, quod faciat, quare cum non damnet ad carcera vel Monasterium. Verum huic responsioni obstat textus in d.c. *Vi fama,* ubi Clericus incorrigibilis auct[or]e custodiz[em]p[ro]mancipatur, etiam publicæ vindictæ causa. Item obstat d.c. *Tua in V. puniri inf. De p[en]a.*

Quare rectius putaverim, illa crimina, quæ certas p[ena]s à sacris Canonibus præscriptas habent, hoc c. *nostro* non contineri, sed alia, quæ incertam p[ena]m habent, per text. in l. *Sanctio 41. D. De p[en]is.* Solent enim singularia derogare generalibus, c. 1, sup. *De rescriptis.* Sic & eodem Cap. delicta non continentur, in quibus ipso jure vel facto Clericus incurrit degradationem ab ordinibus Ecclesiasticis, & consequenter judici sacerulari subjicitur, ut in crimine assassinii c. 1, *De homic. in 6 juxta tamē interpretationem Covarr. lib. 2. Variar. Resolut. c. 20, num. 10, Navarri in Manuali c. 27, num. 136.* Item ubi Clericus artem joculatorism per annum exercuit, vel saltem ea de re tertio moni-

tus

11. *cus non deſtitit, c. un. De vita & honeste Cleric. eod. l. 6.* Item in Clericis macellariis & tabernariis, si & hi ter moniti ab hac profiſione non refiſpiue-
runt, c. 1. *De vita & honeste in Clem.* In quibus dabo-
bus posterioribus caſib⁹, propter indignitatem
rei & contemptum, ipſo iure privantur Clerici
privilegio fori. Adde & eos Clericos, qui depo-
ſito habitu clericali, criminibus ſe immiſſent,
poſt tertiam admonitionem, c. Contingit 45, inf. De
ſent. excom. quod latius perſequere apud Navar. in
Manuali d. c. 27, num. 8, & seqq. cum jurib. ab eod. alle-
gatis.
12. Restant duo adhuc hic explicanda: unum, quomodo accipienda ſint hæc verba, in quocumque
ordine conſtitutus deponendus eſt, in eo ſcilicet, qui
plures ordines Ecclesiasticos habet; veluti in Sa-
cerdote, qui diaconatu, & ſubdiaconatu, carteriſ-
que minoribus ordinibus in ſignitus oſt:anne hac
depositione omnes ſimul ordines contineantur?
Et magis eſt, omnes ſimul contineri. Alioqui ſi
a ſolo Ecclesiastico ordine ſacerdotii deponeretur,
adhuc ratione diaconatus & aliorum ordinum
ſigillatim eadem forma depositionis, ex-
communicationis & anathematis ſervanda eſſet,
antequam a judece ſeculari apprehendi & com-
primi poſſit; quod certè alienum videtur a ſen-
tentia Cap. nostri. Itaque per ordinem Ecclesiasticum
intelligendus eſt is, qui eſt maximus in
Clerico delinquent, una cum inferioribus ordinibus,
ſi quos habet, vel rectius omnes ſimul ordi-
nes; ne aliás in ſingulis ordinibus reten-
ta, & obſeruatā hujus cap. formā, diſpoſitio ejus eluda-
tur.
13. Alterum eſt, quis ſensus ſit horum verborum,
deprehenſus legitime. Glosſa hic ita interpretatur, ut
aliqui Clerici interſuerint deprehenſionē &
detentionē per ſpatium viginti horarū, arg. l. Capite
quinto 15, D. Ad L. Iul. de adult. Tum addit eadem
Glosſa. Clericum etiam per laicos comprehendi
poſſe in ipſo faciōne, & detineri, ſine nota ex-
communicationis, dummodò id fiat ex mandato
ipſius Prælati, c. Vt fama 35, §. laici inf. De ſent. ex-
com.
13. Occaſione hujus Glosſæ diſputant hic Inter-
pretes, An Clericus per laicū capi poſſit ab iisque
periculo excommunicationis? Et ſancte verior eſt
ſententia Panorm. Clericum delinquentem capi
poſſe per laicū, ſi veriſimiliter de fuga ſuſpe-
ctus ſit, cum Reipubl. interſit delicto Clericus contine-
ri non poſteſt, niſi capiatur, dummodò in hunc fi-
- nem, ut judici ſuo Ecclesiastico tradatur. Et ta-
rio eſt, qđ d ad excommunicationem incurren-
dam requiratur, utid ſuadente diabolo fiat, can. ſé-
guis ſuadente xvii. q. 4. Quod non eſt, ubi id exju-
ſta cauſa fit, & modus in capiendo non exceditur,
d.e. Vt fama. Facit text. in c. 1. ſup. De off. jud. ordin. &
can. Qui poſteſt xxii. q. 3. Ut hinc etiam Clericus
nocte illicite incedens impunē capiatur per pu-
blicos ministros etiam laicos, ut judici ſuo Ec-
clieſtaſtico confignetur. Idque fit ad avertendum
delictum, quod forte meditatur Clericus, juxta
illud, qui male agit, odit lucem, relatum in c.
Confuſus. 24, ſup. De off. & poſteſt jud. deleg. Idem eſt
ia fugiente Clerico debitor, ut & iſ impunē à
creditor capiatur, vel ſi cum re mea auſugerit,
arg. c. Olim 12, inf. De reſtit. ſpoliat & l. Ait prator 10.
§. iſ debitorum D. Quo in fraud. credit facta ſunt ut reſtit. 14
- Sed quod ad illud attinet de Clerico deprehe-
ſo in crime legitime, atque conviſto, certe non
puto praecisè admittendam eſſe interpretationem
Gl. ut ſcilicet neceſſe ſit, Clerico in flagranti cri-
mine deprehenſo, interſuerint & alii Clerici, te-
ſtandi oriminis cauſa: ſed ſatis eſt eum quoque di-
ci deprehenſum in crime, qui conviſtus eſt cri-
minis, etiam ſi in ipſo actu non fuerit deprehenſus. Decius hic num. 54, allegans Bart. in l. i. C. De
petit. benor. ſubl. quo loco aperte tradit Bart. de-
prehenſum in crime dici eum, qui de crime
conviſtus eſt: & Gl in l. i. V. deprehenſus C. Vbi Se-
natores vel clariss. quam dici communiter approbatam
Ripa, in tract. De peſte c. 5, de remedii ad conſervandam
libertatem num. 105.
- Sed quid ſi Clericus tantum confiſſus ſit deli- 15
ctum? Hic idem exiſtimamus, quod in conviſto,
cum confiſſi vel conviſtii in judicio testibus a-
quipareatur, c. At ſi Clerici & ibi Gl. in V. in jure
confiſſis, ſup. b. t. Ita ut verba huius textus nostri,
deprehenſus legitime, intelligi poſſat per confiſſionem
legitime factam in judicio, & per conviſto,
ſcilicet testibus: ut ſic coniunctio, atque
reſolvatur in diſjunctionem, aut ſive, vel ſimilem.
Quod & aliis caſib⁹ ſapè uſuvenit, ut coniuncta
pro diſjunctioni accipiatur, & e contrario. l. ſapè ita
comparatum 53, D. De verb. ſig. Nec obſtat textus in
d. l. Capite quinto, quia id ſingulari jure conſtru-
tum eſt in adultero, & uxore adultera, ut iſ non
aliter retineri poſſit per maritum, & acuſati niſi
conviſtus testibus, ob evitandam fraudem, que
a marito committi poſſet.